

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Angelus n (2)
cum uariis

Ve nobis! Si quando prouocati sancti angeli peccatis et negligenciis nostris, indignos nos iudicauerint presencia et uisitacione sua, et quorum presencia protegere nos et propulsare poterat inimicum. Quod si tam necessariam habemus familiaritatem dignacionis angelice, cauenda est nobis eorum offensa et in hiis minime exercendum quibus eos nouimus oblectari. Hec autem placent eis que in nobis inuenire delectant ut est sobrietas, castitas, paupertas, uoluntaria, creber in celum gemitus. Et super hec omnia ueritatem et pacem a nobis exigunt.

Bernardus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Angelus n (2)] Angelus o P V¹ V² L¹ L²; nostris *om.* P V¹ V² L¹ L²; presencia] proprii *add.* (*cor. intra ad* propter) B; tam] tum M, *om.* P V¹ V² L¹ L²; minime] maxime V² L¹ L²